

gradum concludentis illius verificationis super transmissione spatiorum, quæ ad reddendum licitum cursu usurarum exiguntur, Rota post Zacc. de oblig. Cameral. decif. 7. num. 11. & seqq. in re- cen. decif. 401. num. 41. par. 16. ac per confe- quens nihil suffragatur cap. In præsencia de probat. l. Neque natales Cod. de probat. Bald. cons. 420. in 2. versic. Multo minus, lib. 4. Menoch. cons. 145. nu. 2. cons. 1259. n. 16. Gratian. discept. for. cap. 88. n. 17. Rota coram Cavaler. decif. 125. n. 7. de- cis. 570. n. 8. decif. 27. nu. 11. par. 8. decif. 520. nu. 69. par. 14. decif. 53. nu. 13. & decif. 544. nu. 17. par. 18. recent.

Maxime quia respectu aliorum Debitorum as- suevit Marchio Nuñez Cambia exercere per seip- sum, aut fuos Socios, & Ministros, & cum augmendo Cambiorum, quod singula Nundinæ ferebant; unde optima ratione subsumebatur, quod si spatia fuissent transmissa pro Cambio Fratrum de Bussis in libris Nummulariæ, tum legerentur adnotatae partitæ transmissionis, tum augmentum crediti nascens ex gyro pecuniarum fuisset inscriptum juxta stylum, & proxim Ministeriorum ejusdem Banci, a qua recessisse, quoad solos Bussos, pro solis annis 1684. ad 1704. nulla urgente diversitatæ causa, Dominis tamquam inverisimile suaderi non valuit, ad tradita per Rotam decif. 434. num. 22. & decif. 443. n. 13. parte 13. decif. 148. n. 10. parte 16. decif. 19. n. 2. par. 9. recent.

Minusque juri consona existimata fuit ultima Actoris prætensio, quod exceptio non factæ transmissionis spatiorum admittenda non sit ad effectum retardandi restitutionem fortis, cuius creditum ntitur Apacha privilegio Cameralis obli- gationis, & viæ executivæ munera. Namque reus ad ostendendum solvisse longè ultra fortem Cambii, habet intentionem fundatam in schedulis, seu quietantiis propria manu Creditoris firmatis, quibus confessionibus nulla major dari pos- test probatio l. Cum te, ibique Doctores Cod. de probat. l. Generaliter Cod. de non numerat. pecun. Surd. decif. 10. num. 12. decif. 161. nu. 26. coram Cerro decif. 176. nu. 3. decif. 891. num. 5. decif. 36. num. 4. parte 10. Rota decif. 401. n. 20. & seq. parte 16. recent. Dumque Creditor replicat illas loqui de fructibus, non de forte, fit illicio de intentione replicantis ostendere, quod Cambia, ut parerent fructus, essent realia; eaque propterea probare tenetur l. Quingenta versic. Nam si creditum, & l. In exceptionibus ff. de probat. Bald. in l. Frustra in prima oppositione Cod. eodem Angel. Inffit. de replic. in princ. num. 10. ad fin. Afin. in prax. §. 16. cap. 8. num. 3. Rota decif. 69. n. 31. ad 35. parte 9. decif. 401. num. 29. parte 16. recent. coram Bich. decif. 130. nu. 15. & 16. usque- adeò ut transiverit apud nostrates in regulam, quod exceptio ultimarum incontinenti probata im- pediat processum executivum, & quemcumque adimat effectum obligationis Cameralis Iaf. in l. 1. num. 21. & seqq. Cod. de jur. & fact. ignor. Matth. Coler. de Process. execut. par. 4. cap. 2. nu. 22. Matth. Berbich. conclus. 97. num. 96. parte prima, Casov. decif. 123. numer. 3. Zacc. de oblig. Cameral. quæst. 31. nu. 15. Rot. post Fenzon. ad Stat. Urb. decif. 91. §. Ratio secundi dicti et ornat. Card. de Luc. de usur. decif. 7. nu. 10.

Et ita utraque &c.

### R. P. D LANCETTA DECANO.

#### FANEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 21. Julii 1723.

#### ARGUMENTUM.

Ususfructus cessus domino proprietatis fideicommissio gravato quatenus extinguitur, ita ut transeat ad fideicommissarios, non autem ad hæredes ejusdem proprietarii.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ususfructus constitutio probanda est ex pacto vel testamento.
- 2 Ususfructus extinguitur per cessionem proprietario factam.
- 3 Ususfructus renunciatio ex quibus dicitur abdicativa.
- 4 Usumfructum habere simul & ejus pretium non licet.
- 5 Ususfructus consolidatio cum proprietate non alter fit quam per ejus extinctionem.
- 6 Cessio translativa mutat dumtaxat personam possefforis, sed jus non extinguit.
- 7 Regressus ad usumfructum excluditur per reservationem certæ rei in casum obitū renunciatarum.
- 8 Ususfructus cessus ei, qui est dominus proprietatis revocabiliter non extinguitur, sed transeat ad hæredes proprietarii.
- 9 Contrarium.
- 10 Quomodo sit intelligenda conclusio.
- 11 Cessio facta ei, qui sublato cedentis iure, iure proprio totum consequitur, sive abdicativis, sive translativis verbis fiat, extinguit jus ced. nis.
- 12 Ususfructarius cedendo extraneo usumfructum nihil agit.
- 13 Cessio ususfructus censetur facta proprietario utili, non uti extraneo.
- 14 Actus presumitur factus eo modo quo valere potest.
- 15 Ususfructus consolidatio cum proprietate non fit, nisi in una eademque persona simul convenient.
- 16 Persona propria est distincta à persona hæredis in sensu juris.
- 17 Hæreditati acquiritur id quod provenit à trans- actione inita super rebus hæreditariis.
- 18 Maxime si pretium solutum fuit ex rebus hæreditariis.
- 19 Usumfructum semel extinctum non potest gra- vatus in præjudicium fideicommissarii denou- constituere.

#### DECISIO XXVIII.

**M**ichael Angelus Borgogellus unicam, quam habebat Filiam nomine Claricem hæredem moriens in proprietate sibi scriptis: Et si in pupillari ætate, vel sine Filii decederet, substituit illi Filios Comitisæ Camillæ ejus Sororis, verum si & isti quoque, aut Superfites non es- sent, aut deficerent, vocavit ad successionem, di tutta la sua roba, tres Sorores jam tunc nup- tas, & illius, quæ præmorceretur Filios Supersti- tes:

### Ad Castillum de Alimentis.

65

tes: Cum autem Maria Clara Malvezia Testato- ris Uxor tunc annos esset non amplius, quam duos supra viginti nata; & ut homines in more habent, cuperet Michael ne cum alio postea nu- beret, ultra restitutionem dotis in sc. 3. mil. & nuptialis apparatus in sc. 600. eidem præterea legavit alia sc. 2. mil. vestes, Jocalia, & reli- quum mundum muliebrem cum Jure viduili, & sub expressa viduitalis conditione puram quo- que, & liberam in usufructu hæredem eamdem instituit.

Testatore postmodum defuncto, plures inter Viduam, & Alexandrum Castracanum Pupillæ Tutorem Testamento datum ortæ fuerunt con- troversiæ, quibus componendis cum impares fuissent duo Advocati in arbitrios, hinc inde elec- ti; Operâ tandem, & Consiliâ clar. me. Car- dinalis del Verme, tunc Episcopi Fanensis, inita fuit inter Partes solemnis transactio in qua Maria Clara Vidua accepto sibi tult omne, & to- tum id, quod sibi ex quacumque causa debe- ret hæreditas Borgogella, & præferim usumfructum à prædefuncto Viro sibi relictum, quem idcirco in eodem transactionis actu in amplissima forma remisit, ac renunciauit, & consolidatum esse voluit cum proprietate. Contra verò Alexan- der Tutor Pupillæ nomine ultra nomen quadam, & argenti in usum muliebrem elaboratiuncias 124. quas tunc Mariæ Claræ consignavit, constituit insuper sese intrâ certum tempus, & sub certo modo eidem soluturum sc. 9. m. in integrum, & finalem satisfactionem omnium Ju- rium illi competentium absque ulla reservatione proprietatis, aut regressus etiam pro casu, quo Vidua contra Testatoris præceptum secundò nu- beret, sicuti latius habetur ex Instrumento d. trans- actionis.

Pot res ita compositas, datamque hinc inde transactioni plenam execuptionem, inverso na- turæ ordine Claræ Filia sine liberis decepsit, Maria Clara Matre adhuc superstite. Hinc autem alia duæ ortæ fuerunt Controversiæ inter Comitisæ Franciscam Ferrettam, nuptam Bajulivo Marcolino, hæredemque in Testamento Michaelis Clarici substitutam, & memoratam Mariam Claram defunctæ Matrem, atque ea hæredem ex esse scriptam; altera videlicet super usumfructu, & altera super detractione Trebellianica. Quas quidem Controversias cum partes post quoddam Judicatum ab A. C. in possessorio latum, mutuo consensu in hoc Sac. Auditorium compromis- rent duabus decisionibus definendas, hodie idcirco consului Dominos super geminis Dubiis, altero videlicet respiciente Trebellianicam, de quo in contemporanea Decisione, & altero super usu- fructu sub opportuna formula; An scilicet, & quomodo sit danda Immisso, cui responsum fuit af- firmative juxta modum nimurum tam in proprietate, quam in usufructu.

Et sane respectu proprietatis nulla erat inter Partes dissensio: Utrinque enim conveniebant eam esse restituendam Comitisæ Franciscæ dum per obitum Claricæ absque Filii factus fuerat casus, in quem Michael illi per fideicommissum substituerat filios Camillæ ejus Sororis: Tota igitur difficultas reducebatur ad usumfructum, sed & iste quoque visus fuit diverso Jure censeri non posse, nam, & naturaliter cum proprietate conjunctus est, & ab ea separari non debet; nisi quis concludenter probaverit sibi ex pacto, vel Testamento Jus esse alienis rebus utendi, fruendi l. fundis 4. ff. si ususfr. pet. Altograd. cons. 104. Decisiones noviss. ad Castillum de Alimentis.

n. 30. lib. 2. Posth. de manut. observ. 16. nu. 42. Rot. coram Merlin. dec. 642. num. 1. & in recen. decif. 120. num. 1. & 2. & decif. 315. num. 1. & seqq. par. 9. & dec. 345. nu. 2. & 3. par. 19.

Non bene autem Maria Clara Jus istud sibi afferere videbatur ex Testamento Michaelis; Quamvis enim in eo ususfructus hæreditatis à proprie- tate abstractus, Jure institutionis eidem relictus fuerit. Quia tamen postea ipsi placuit ex causa transactionis eundem usumfructum remittere, ac Proprietariæ cedere, per hanc utique cessionem, & remissionem Jus omne ususfructus, hanc se- cùs peremptum, sublatumque fuit quam si morte fructuarie finitur, & cum proprietate consoli- datum fuisset. Item finitur Inf. de ususfr. Carvall. de utraque Guart. part. 4. cap. 1. num. 157. & 159. Galler. de renunc. cent. 1. renunc. 55. num. 1. & 2. Castill. de ususfr. cap. 69. nu. 1. & seqq. Bellon. de Jur. accr. cap. 10. qu. 28. num. 67. & seq. & num. 106. & seq.

Neque verò sustineri ullo pacto poterat; vel quod prædicta cessio, ac renunciatio tamquam à Matre exposita intuitu dumtaxat, & contemplatione filiæ, fuerit merè, ac simpliciter personalis, quodque propterē per ejus prædecessum resoluta perquæ remanserit, ac facta non fuisset, vel saltem, quod Jus ususfructus per eam cessionem translatum in Filiam, redire exindè ad ipsam Ma- trem debuerit ex nova causa, & tamquam ipsius filiæ univeralem hæredem atque ab ea super hoc ipso Jure nominatum reintegratam.

Adjungentes namque Domini eorum animum ad verba, quibus eadem cessio concepta fuit pro constanti haberunt non ea contemplatione cessio- nem fuisse à Matre expositam, ut premoniente Filia ususfructus ad ipsum rediret, aut in ejusdem Filiae hæredes transmitteretur, sed solum id actum inter partes fuisse, ut ususfructus à Ma- tre abdicatus ita cum proprietate consolidaretur, ut cum eadem proprietate perpetuo transiret in eos ad quos hæreditas Michaelis Angeli jure fi- deicommissi perventura foret; Et verba sanè, à quorū sensu numquam est temerè recedendum cum de Contrahentium voluntate queritur respe- ctu Mariæ Claræ cedentis ita se habent, cede, rinuncia &c. il legato dell' ususfrutto annuo prometendo, ed obligandosi non pretendendo, ne doman- darlo mai più in alcun tempo, ne in tutto, ne in parte il d. ususfrutto, mà lasciarlo intieramente libero, & in tutto, e consolidato colla proprietà à favore di sua Figlia &c. non riservandosi per se sopra il d. ususfrutto ne in vigore di d. Testamento, ne per qual- altra Causa Jus, ò ragione alcuna. Et paulo infra promettendo dd. legati, nè alcuno di essi domandar mai più in Giudizio, nè fuori sotto qualsivoglia pre- testo &c. e non valersi ripetendo ad essi legati, ne ver- uno di essi di d. Testamento come se à suo favore non fosse stato fatto, respectu verò Tutoris pro Pupilla cum Vidua Contrahentis in hunc modum expre- sa fuerunt, item il medemo Sig. Alessandro &c pro- mette, e s' obliga in conto, e saldo e final pagamento di tutte le predette ragioni &c. per l' ususfrutto legato &c. dare alla medema Sig. Maria Chiara &c. sc. 9. mil.

Si igitur Maria Clara, ut verba mox tran- scripta ad litteram p̄ se ferunt, ita cessit, ac remisit usumfructum sibi legatum, ut etiam spon- ponderit, ac se obligaverit nullo amplius tempo- re illud fore in Judicio, vel extra petituram, Si nullum super eo Jus, neque ex Defuncti viri Testamento, neque ex alia quacumque Causa etiam necessario exprimenda sibi reservavit; Imò

Testamentum Viri quoad hunc effectum perinde haberi voluit, ac si factum non fuisset, si Tutor correspективè ad ejusmodi cessionem constituit vicissim se Viduæ soluturum scut. 9. mil. pro integra solutio[n]e cùm aliorum Jurium, tūm, & maximè ususfructus; Jam clarus est, quam quod dicendo exprimi possit, renunciationem, & cessionem fuisse omnino realem, & abdicativam, cùm tam pactum de non petendo amplis adeò verbis conceptum, quām indoles solutionis omnino omnino perit agendi facultatem sicuti in terminis etiam debilitibus firmant Surd. decis. 113. num. 2. Fontanell. decis. 393. num. 7. & seqq. Rota cor. Eich. decis. 177. num. 15. & in Recen. decis. 712. num. 6. & 7. par. 18. & in Maceraten. legit. 6. Decembri 1720. §. Quod autem coram Reverendissimo Cripo, & saepè alibi, absurdum namque esset, ut quæ estimationem ususfructus jam semel habuit, & eam retinere, & ususfructum denuò petere posset l. si ususfructus 41. §. ususfructus ff. de ususfructu &c.

Præterea si eadem Maria Clara in exponenda cessione, expreſſe protestata fuit quoad ususfructum di laſciarlo interamente libero, & intatto, & consolidato colla proprietate, jam nullus remanet ambigendi locus, quin cesso fuerit merè abdicativa, & extinctiva, non autem translativa, nam sicuti consolidatio ususfructus cum proprietate alter fieri nequit, quam si Jus ususfructus, quod pacto, vel Testamento constitutum fuerat penitus extinguatur, & intercidat §. Item finit. inst. in ususfruct. in illis verbis ibi, quæ res consolidationis appellatur leg. si ususfructus ff. de jur. dotum, ita consequenter cesso, & renunciatio, quæ operari debet effectum consolidationis necessario sumi debet extinctivè, & abdicativè, non autem translativè: Transferendo enim Jus non extinguitur, sed directum remanet penes cedentem, & respectu utilis actionis mutatur tantum persona possidentis leg. quis ergo in fine, & ubi Gloss. ff. de pecul. Anton. Fab. Juris. pr. Papin. tit. 12. par. 3. Olea de cess. Jur. tit. 3. quæſt. 1. n. 5. ubi concordan.

Ad hæc accedit, quod Mater ipsa, quæ amplissimam cessionem eo pacto exposuit serio cogitavit de luctuoso casu, quo Filia superstes esset; Et nihilominus nullum sibi regressum reservavit ad ususfructum, sed solum eo casu sibi cavit, ut ea cesso nullo esset impedimento, quo minus hæreditatem filiæ, vel saltem legitimam ex ejus bonis consequi posset, Regressum vero ad ususfructum referavit dumtaxat in aliud casum, quo videlicet Tutor deficeret in implemento eorum, quæ ejus favore vicissim exprimissa fuerant: Cùm igitur ipsa de præmatura Cessionariæ morte cogitans, eo casu legitimam, non ususfructum, hunc vero in aliud solummodo casum, reservaverit: Consequens est, ut inter partes id actum fuisse dicatur, quod nempe si filia ante Matrem diem suum obiret, nullus esset Matri ad ususfructum regressus tanquam semel virtute cessionis extinctum argumento Text. in leg. unica §. ubi autem Cod. de Caduc. Toll. Rot. coram Celsi decis. 263. num. 1. & in Rec. decis. 81. num. 10. & 11. par. 17.

Neque est cur dicatur consolidationem ususfructus intelligi debere de consolidatione impropria, & revocabili duratura, nempe quandiu proprietas apud filiam permanisset; Cùm Mater non aliter voluerit ususfructum cum proprietate consolidatum, quam intuitu, & contemplatione filiæ, quæ non erat irrevocabiliter Domina Proprietatis sed solum revocabiliter, & ad jus vitam

ibi, à favore di detta Signora sua figlia, & ex ejusmodi causa omnia etiam Jura in Tutorum transtulerit ibi, anzi tutte le sue ragioni, & azioni da, cede, e trasferisce à detta Signore Tutor.

Quamvis enim aliqui putent tunc solum per cessionem extingui usumfructum, quando fructarius cedit ei, qui est irrevocabiliter Dominus Proprietatis, secus verò quando prout in casu ejus cui ceditur fideicommissum, fuit, ut certa eveniente conditione, Proprietatem casu, Jus ususfructus potius quam extingui, alteri restitutus: videri namque eo conquiscere, donec apud Cessionarium Proprietas maneat; ex quo vero Proprietas in aliud transferatur, cessare statim effectum consolidationis, & usumfructum in prælinam caufam restitui, vel favore ipsius qui dum Proprietatem possidebat, usumfructum proprio ære acquisivit, vel si ille mortuus fuerit favore ejus hæredum sicuti firmant Molin. de Primog. lib. 1. c. 26. n. 9. Surd. cons. 504. num. 8. & per tot. de Marin. resol. lib. 2. cap. 11. num. 10. & seqq.

Domini tamen dicebant, quod quidquid sit de veritate hujus opinionis contra quam videtur urgere Text. satis clarus, & litteralis in l. si tibi 17. ff. quibus mod. ususfruct. & quam ex professo impugnat Caſtil. de ususfruct. cap. 62. num. 4. Olea de cess. Jur. tit. 3. quæſt. 5. num. 27. aliisque relati per Card. de Luc. de servit. decis. 59. num. 4. Domini, inquam, dicebant tunc solum d. quæſtioni locum esse posse, quando hæres proprietarius, non uti hæres, aut beneficio hæreditatis, & fideicommissi, sed tanquam tertia Persona sibi ipsi cessionem ususfructus stipulatus fuit pretiumque, non ex bonis hæreditariis, sed proprio ære persolvit, in quibus terminis loquuntur Molin. & qui eum sequuntur locis mox allegatis. In casu autem, de quo agitur, cessat penitus hæc quæſtio, quia cesso ususfructus expposita quidem fuit à Maria Clara favore filiæ, sed uti hæreditis proprietariae, non uti tertia Personæ, & insuper pretium, non ære illius proprio, sed ex bonis hæreditariis solum fuit: Proindeque non consolidatio, sed benè quidem subsequens translatio Jurium impropriæ accipi debet; Nam quando ceditur ei, qui sublato, & extincto cedentis Jure, Jure proprio totum consequitur, sicuti erat in præsenti hæreditas Michaelis Angeli à Clarice repræsentata, quæ extincto ususfructu in Persona Marie Clara jure proprio, & per viam consolidationis, plenam proprietatem consecutura statim erat; quibuscumque verbis cesso concipiatur, sive abdicativis, sive translativis, ea non aliter operatur, quam extingendo Jura cedentis, ut benè ad rem distinguunt Montan. cons. 10. num. 11. Olea de cess. Jur. tit. 1. quæſt. 2. num. 14. & seqq. Schettin. de paſt. futur. succell. par. 3. sec. 5. num. 6. Rot. decis. 90. num. 21. & in Romana Immisionis 6. Martii 1719. §. Haud referente cor. bo. me. Ansal. & in d. Maceraten. legitim. 6. Decembri 1720. §. Quantum vero cor. Reverendissimo Ravennaten.

Quod autem cesso ususfructus collata fuerit in Claricem, non uti tertiam Personam, sed uti hæredem proprietariam plura sunt ex quibus id certo conjici potest. Ac primum quidem illud est advertendum, quod non commoditas fructuum, quæ extraneo cuicunque cedi, & vendi valet, sed ut verba transactionis supra transcripta præclarè ostendunt Jus ipsum incorporale ususfructus cessum fuit nullo proorsus Jure apud cedentem remanente, ibi; non riservandoſi per se ſopra il detto

## Ad Caſtillum de Alimentis.

67

detto ususfructu ne in vigore di detto Testamento, ne per qualunque altra Causa Jus, o ragione alcuna:

Cùm igitur fructarius cedendo usumfructum extreuo nihil agat §. Finitur inst. de ususfruct. leg. ff. ususfructus ff. de Jure dot. Olea de Cess. Jur. tit. 2. quæſt. 5. num. 2. & tit. 3. quæſt. prima num. 9. & seqq. Gallerat. de renunc. ren. 55. sub nu. 6. Rocc. disp. Jur. cap. 49. num. 100. Salgad. Labyr. Credit. part. prima cap. 43. num. 25. & 26. con sequen. Consequens est, ut cesso censeri debeat facta non favore filiæ, uti extraneæ Personæ, sed uti hæreditis proprietariae, dum ita solum cesso poterat

13 de Jure consistere, & effectum suum operari dicto §. Finitur inst. de ususfruct. nam regula Juris 14 est, ut actus quilibet semper censeatur factus eo modo, quo valere potest ex deduct. per Rotam coram Ludovis. decis. 204. num. 17. & sequen. & alibi passim.

Rurus si cesso facta fuisse favore filiæ ex Persona propriâ acquirentis, & non uti hæreditis proprietariae, vel transiſſerit in eam tanquam tertiam, & extraneam Personam idem ususfructus, qui antea ex Testamento Michaelis erat in Matre cedente, vel quod verius est, constitutus in ipsa, eo pacto fuisse ex novo consensu Proprietariae novus ususfructus Jure illo, quod in Matre erat, per cessionem perempto. Neutro autem modo ususfructus consolidatus fuisse cum proprietate, sicuti Partes exprelse voluerunt; nam consolidatio sequi non potest, nisi ususfructus, & proprietatis in una, eademque Persona simul 15 convenient dicto §. Finitur inst. de ususfruct. in sensu autem Juris Persona propria est omnino distinta, 16 ac diversa a Persona hæreditis, ut probant Collect. per Card. de Luca de fideicom. decis. 187. n. 13.

Ipsa insuper negoti Indoles, & tota transactionis series manifestè evincunt, non alia mente cessionem ejusmodi à Tutori procuratam, & à Vidua expofitam fuisse, niſi ut per eam hæreditas Michaelis Angeli à servitute ususfructus plenam ex tunc consequeretur, & irrevocabilem liberationem; Constat enim in facto inter controversias eo pacto tunc compositas aliam fuisse, utrum ususfructus Uxor legatus intelligi deberet de pleno, vel potius de simplicibus alimentis:

Aliam utrum Legatum Viduili aliquid ususfructui adderet anno luctu præter vestes lugubres; aliam utrum Fructuaria satis dare deberet de bene uendo & abstinendo a secundis nuptiis; aliam utrum, quod Ludovicæ Testatoris Sorori pro complemento promissæ dotis in annos aliquot, solventum supererat, numerandum id effet à Proprietaria, vel fructuaria; Et denique aliam utrum nempè Legatum mundi muliebris contineret etiam ea, quæ non usui Vidua comparata, sed tanquam antiquata jamdiu Domi recondita manebant; Cum autem ista omnes, & maximè, quæ ususfructum respiciebant controversiæ non ad Personam, aut interesse proprium Claricis, sed ad hæreditatem Michaelis Angeli pertinerent, de plano consequitur, ut quemadmodum transactio inita fuit super rebus, & negotiis hæreditarii, ita quodcumque ex eadem transactione quæſtum fuit non Personæ propriæ hæreditis,

17 fed hæreditati ipsi quæſtum censeatur leg. si profundo Cod. de transact. Urceol. de transact. quæſt. 82. num. 21. & sequen. Rota coram Dunoz. decis. 837. num. 12. & in Hydrunita Pecuniaria 14. Decembri 1700. §. Creditum coram clar. me. Card. de la Tremoille.

Postremò, & illud in facto confiat, quod nempè Premium Cessionis, non de bonis propriis

Claricis, sed de bonis hæreditariis solum fuit; nam & nomen debitoris in summa fecit, 800. Mariæ Claræ per Tutorum cessum, & uncie agenti elaborati 124. eidem traditæ in actu transactionis, non ad Claricem, sed ad hæreditatem pertinebant; Rursus fecit illa 9. mil. per Tutorum promissa, non ære proprio Claricis, sed de bonis hæreditariis solum fuit.

Et denique libertas tranſeundi ad secundas nuptias Viduæ concessa, quidquid sit quoad alia legata, in quibus, quia relicta non fuerant sub expressa Viduitatis conditione, fortasse Clarix juvari potuſet dispositione celebris text. in leg. Femina Cod. de ſecundis nuptiis, quod fane attinet ad usumfructum cuius respectu ea conditio nominatim adjecta fuerat, fecum tulit remissionem Juris propter floridam Viduæ etatem valde considerabilis, & non quidem ad Filiam, sed ad ipsam hæreditatem pertinentis, unde ex hoc quoque capite clarum remanet, quod sicuti premium transactionis ab hæreditate solum fuit ita consequenter, & lucrum omne eidem hæreditati, non autem Clarici, cedere debuit, Rota in Bononiæ. Immisionis 2. Junii 1704. §. Nec iterum, & sequenti, & 15. Martii 1706. §. Quodque res coram clar. mem. Card. Priolo.

Cùm igitur, & cesso ususfructus respectu cedentis fuerit omnino realis & abdicativa, & lucrum ex ea resultans tam ex mente contrahentium, quia ex Indole, & natura negoti cesserit beneficio hæreditatis, & fideicommissi nil est curandum, quod Clarix in eis Testamento Matrem nominatum reintegraverit ad controversum usumfructum: nam postquam hæreditas ab ea servitute liberata fuerat ex oneroso titulo transactionis, licet amplius non poterat hæredi gravatae in prejudicium substitutorum nullam Causam ab ipsa habentium in actu restitutionis hæreditatis novam super eam servitatem imponere, ut in terminis adverſit Bellon. consil. 27. a num. 33. & de Jur. accresc. cap. 10. quæſt. 24. num. 110. & seqq.

Et ita videntibus una mecum omnibus DD. utraque &c.

R. P. D. FOSCARO.

ROMANA SUCCESSIONIS SUPER HÆREDITATE JOANNIS FROSINI.

Lunæ 19. Januarii 1719.

ARGUMENTUM.

Fiducia etsi probetur per declarationem fiduciarii solemniter, & cum juramento emissam, verisimilior tamen redditur ex concursu plurium circumstantiarum de quibus in præsenti decisione.

SUMMARIUM.

1 Nominatus à fiduciario habetur ac si effet nominatus à Testatore.

2 Declaratio fiduciarii solemniter & cum juramento emissâ attendenda est.

3 Fiducia causa justa reputatur exclusio creditorum.

4 Item ut interim nominandus redeat ad meliorem frugem.

F 4 5 Fiducia